

Participio presente

Il **participio presente** si declina come un aggettivo della seconda classe a una sola uscita. Ricorda che l'ablativo singolare esce in **-e** se si usa con valore di sostantivo o di verbo, mentre esce in **-i** se si usa con valore di aggettivo:

<i>ab occidente</i>	da occidente
<i>societas cum potente</i>	l'alleanza con un potente
<i>deambulare cum sapiente</i>	passaggiare con un sapiente
<i>ardente Troia</i>	bruciando, mentre bruciava Troia
<i>sapienti consilio</i>	con un saggio consiglio
<i>deambulare cum viro sapienti</i>	passaggiare con un uomo sapiente
<i>ardenti voluntate</i>	con ardente volontà

A) Traduzione di forme dal latino

Homo navigans homines navigantes hominum navigantium cum
navigante cum homine navigante in mari procelloso ventus agitans
venti agitantis venti agitantes vento populorum ramos agitante cibus
nutriens ciborum nutrientium cibi nutrientes cibi nutrientis
explebimus famem cibo nutrienti matres natorum corpora cibo nutrienti
alunt matres liberos alunt cibo nutriente corporis vires donum placens
dona placentia doni placentis veniam cum dono placenti Marcus
venit cum dono placente omnibus amicis puella oboediens puellae
oboedienti puellae oboedientes puellae oboedientis cum puella
oboedienti cum puella oboediente matri.

B) Traduzione di forme dall'italiano

Il marinaio che naviga i marinai che navigano o marinaio che navighi
ai marinai che navigano giungerò con un navigante tornammo con un
marinaio che navigava con grande abilità l'allodola che canta dell'allodola
che canta le allodole che cantano delle allodole che cantano con
l'allodola che canta sui rami degli alberi l'ancella che ubbidisce le ancelle
che ubbidiscono o ancelle che ubbidite delle ancelle che ubbidiscono
con un'ancella ubbidiente la padrona giunse con un'ancella che ubbidiva
agli ordini l'amore ardente gli amori ardenti degli amori ardenti Enea
fuggì dalla città che ardeva Didone amava Enea con amore ardente.

75. Ulixes Polyphemum obcaecat

Cyclopes genus hominum ferox erat, habitans in horridis speluncis iuxta mare in orientali ora insulae Siciliae. Praediti erant ingenti corporis vi, sed unum oculum in fronte habebant. Salubrem pastorum vitam inter oves ducebant, piscibus vel ovium carne aut caseo famem exstinguebant, lacte sitim placabant. Domini erant montium et vallium virentium, fertilium camporum, limpidorum fluviorum.¹

Olim ad Cyclopus oras pervenit Ulixes cum sociis et animose cum paucis audacibus in speluncam Polyphemi intravit, filii Neptuni, cum donis placentibus hospiti: gerebat utrem vini generosi et epulas exquisitas. Sed Cyclops, mente impia,² immemor hospitalitatis iurium, Ulixis socios in antro clausit, nonnullos etiam necavit et devoravit: Cyclopes enim omnia deorum hominumque iura contemnebant. Sed Laërtiades,³ Polyphemum singulari artificio decipiens, praebevit vinum et Cyclops magna cum voluptate bibit graviterque obdormivit. Tum Ulixes horribile monstrum oculo privavit⁴ et incolumis⁵ evasit e tristi spelunca cum sociis superstitibus.

¹ **fertilium... fluviorum**: rileva, nel tradurre, la differenza di senso se gli aggettivi sono posti davanti o dopo i nomi. ² **mente impia**: prova a rendere sia come complemento di modo che di qualità. ³ **Laërtiades**: aggettivo patronimico che indica «il figlio di Laerte», «il Laerziade», cioè Ulisse. ⁴ **oculo privavit**: «privò dell'occhio», ablativo di privazione. ⁵ **incolumis**: predicativo del soggetto.

76. De potestate regia

Ut pater familiam patria potestate regit, sic¹ temporibus antiquis rex caput erat totius civitatis. Ut autem pater familias aures praebebat² sapientium prudentiumque consiliis, sic¹ in civitatis administratione rex senatores consulebat.³ Regem creabant patriciorum curiae; sacerdotes regi sacram potestatem caerimoniarum et legum tribuebant, curiarum contio⁴ imperia et potestates.⁵ Signa dignitatis regiae erant sella curulis, toga purpurea, sceptrum eburneum cum aquila, corona foliis querneis ex auro; regem praecedebant lictores gerentes fasces virgarum cum securi.⁶ Rex populi contioni proponebat leges, foedera, bellum aut pacem, sed antea senatorum sententias audiebat; in bello legiones contra hostes ducebat, auctoritatem non solum prudentia, sed etiam virtute et exemplo exercens. Regiam potestatem rex usque ad mortem servabat, sed non tradebat⁷ filiis: nam regis creatio pertinebat ad⁸ comitia curiata.

¹ **Ut... sic**: «Come... così». ² **aures praebebat**: «presta ascolto». ³ **consulebat**: il verbo *consulere* quando regge l'accusativo significa «consultare»; col dativo significa, invece, «provvedere a». ⁴ **curiarum contio**: sottint. *tribuebat*. ⁵ **imperia et potestates**: «poteri militari e civili». ⁶ **lictore... cum securi**: davanti al re (e nei tempi della repubblica davanti ai consoli) marciavano i littori con un fascio di verghe e la scure, simbolo di autorità. ⁷ **non tradebat**: «non (la) lasciava in eredità». ⁸ **pertinebat ad**: «spettava ai».

77. De certamine inter militem et elephantum

Olim hostes, contra Caesaris milites dimicantes, in pugna etiam elephantorum auxilium adhibuerunt. Repente immanis elephanta, furens dolore vulneris, irruit in lixam inermem et miserum¹ gravi corporis pondere sub pedibus pressit atque obtrivit. Tunc miles veteranus quintae legionis, auxilium comiti praebere cupiens, gladium destrinxit et in beluam strenue incurrit,² sed sero. Elephanta lixae cadaver reliquit, veterani corpus proboscide cinxit et cum omnibus armis sublevavit, horrendum in modum barriens. Miles autem, in tanto periculo memor virtutis, proboscidem gladio caedere incepit. Sic elephanta vulnere dolore militem dimisit³ et celeriter fugit.

¹ **miserum**: non è attributo, come *inermem*, ma aggettivo sostantivato. ² **in beluam...** **incurrit**: «si lanciò... contro» (non dimenticare l'avverbio). ³ **dimisit**: «lasciò andare».

78. Aeneas

Vergilius, clarus poeta Latinus, Aenean¹ magnis laudibus celebravit ob miram pietatem erga deos et homines. Cum Graeci turpi dolo claram urbem Troiam expugnaverunt, Aeneas ex urbe profugit cum propinquis suis, gerens humeris senem patrem. Postea cum exiguo numero Teucrorum superstitum navem conscendit² et longum ac difficile iter suscepit. Maria infida traiecit, gentium ignotarum et saepe hostilium terras tetigit, Iunonis insidias vitavit, magna pericula ingenti animi vi superavit. Tandem, post multos et graves labores, ad Latii litora pervenit, ubi regnabat prudens rex Latinus. Hic autem Aeneas rursus acre bellum gerere debuit cum Turno, feroci rege Rutulorum, Troiugenae finibus expellere cupiente, et post victoriam Laviniam, pulchram et mitem Latini filiam, uxorem duxit.³

¹ **Aenean**: accusativo, con desinenza propria di nomi greci. ² **navem conscendit**: «si imbarcò». ³ **uxorem duxit**: «prese in moglie», «sposò»; per le donne si usa *nubere* + dativo.

79. De graculo superbo

Pennae pavoni deciderant;¹ statim graculus, tumens² inani superbia, prope-ravit colligere atque corpus suum exornare. Deinde, contemnens suos, convenit cum formoso pavonum grege.³ Pavones autem fraudem detegunt, pennas eripiunt impudenti avi et fugant⁴ rostris. Maerens vulneribus et iniuria graculus ad suum genus revertit; sed alii graculi reiecerunt, dicentes: "Non fuisti contentus nostris sedibus et naturam tuam sprevisi; ideo merito pavonum contumeliam et nostram expulsionem nunc sentis". Simili modo, omnes qui⁵ a pristinis moribus deflexerint amicos amittent et in magnis calamitatibus erunt.

¹ **Pennae... deciderant**: ordina: pavoni (dativo) deciderant pennae (soggetto). ² **tumens**: